





11392  
1793,2.

# MEMORIAM BORNIANAM

ET  
SENATVS AMPLISSIMI MVNIFICENTIAM

IN  
AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM

SOLENNI ORATIONE

D. XII. IVN. A. C. CCCCCXIII.

HORA IX.

RECOLENDAM AC CELEBRANDAM

INDICVNT

ORDINARIUS  
SENIOR ET RELIQVI FACVLTATIS  
IVRIDICAE ASSESSORES

---

INSVNT

*Responfor. Iur. XXVI. XXVII et XXVIII.*

M E M O R I A M  
D O R N I A M

S E C U L A R E V E L T S C H E U N I C E N T U R Y

A D V I C I O I A R C O N S U L T O R I U M  
S O L F E N I I O R A T I O N I

D E C I S I O N A R Y A C C I S I O N O R Y

H O R A X

D I C E S I O N D A M A C C R E B R A N D A M  
I D I C I A T

O R D I N A R I A S  
Z E N I G E T R E T O R I A T A C T I T A I A  
I A R D I C A E A S Z E S O R E S

I M A K T

T H E R E T R A C T I O N E R A T U R E

B. C. D.

## RESPONS. XXVI.

*A quo parente, factio diuortio, liberi educandi sint.*

**Q**uaequestionem, an maritus propter adulterium a se commissum patria potestate in liberos priuandus sit, iure romano inanem esse, nemo facile dubitauerit. Si ex h. quidem 6. §. 1. l. 13. §. 6. l. 34. §. 1. ad L. Iul. de Adulter. et l. 1. C. eod. intelligimus, hoc iure a sola vxore, non a marito, nisi cum alterius vxore committi adulterium. Non minus otiosa ex lege Saxonica ecclesiastica et matrimoniali videri possit, quae maritum adulterum, cui vxor adulterium passa iniuriam sibi illatam non condonauit, capite plectendum exponit. Verum quoniam antiquo iure rigor legis vix unquam locum habuit, et ius nouum poenam capitis omnino sustulit, effectus adulterii ciuiles curatiis inuestigare conducit.

Quodsi patriam potestatem intuemur, quae iure romano liberos soli patri subiicit, cuiusque expertem eum ob adulterium, vel, si maius, stuprum commissum nulla lex facit, vix dubitari posse videtur, diuortium, etiamsi ob adulterium a marito commissum decretum fuerit, haud efficere, vt liberi matrem potius, quam patrem, sequi teneantur. Accedit,

A. 2

quod

❧

quod scimus omnes, ac Titul. Digestorum, de agnoscendis et  
alendis liberis docemur, alere liberos iisque omnia ad vitam  
transigendam necessaria subsidia suppeditare, principalem pa-  
tris esse, legitimus sit, an naturalis, obligationem. Quam  
regulam Decisiones Electoralis Saxoniae nouissimae d. a. 1746.  
XXIIIX. ac XXX. confirmant. Quam ob rem, si stuprum  
passa, pecuniae ad alendum infantem causâ, stupratorem ag-  
greditur, isque ad fuscipendum eum et in domo sua ale-  
endum paratum se profitetur, saepissime perspexeris, iudicem  
in hac patris voluntate acquiescere, nihilque amplius matri  
deberi, sententia sua pronunciare. Cuiusmodi tamen patrem,  
et quem nos ante oculos habemus, hoc interest, ut nostrum  
ciuiles matrimonii effectus, patria videlicet potestas, et quae  
illam iura obligationesque sequuntur, minime vero illum  
comitentur.

Res eo redit, ut patriam potestatem, quam ius romanum  
constituit, ab illo nexus, quem natura ipsa parentes inter et  
liberos inducit, separemus, simulque consideremus, istum  
ambitum et rigorem, quem ab origine patria potestas sibi  
vindicauit, ipsumque ius romanum pedetentim coarctavit,  
nostro iure naturae praeceptis magis accommodatum, publi-  
caeque magistratus tutelae et imperio subordinatum et sub-  
iectum esse. Iudicii igitur incumbit, rem ita componere, ut  
saluti potissimum liberorum prospiciat, simulque, quantum  
falsa eorum incolumitate fieri possit, parentum iura, matris  
aeque, ac patris tueatur. Adeoque patrem naturalem non  
*hanc*

2 A

semper

semper et indistincte audiendum esse putet, qui suscipiendi  
infantis promissione alimentorum matri suppeditandorum  
subterfugere onus gestit, vt potius eo simul, fixum is domi-  
ciliū, instructamque familiam, et mulieres in curando in-  
fante adiutrices habeat, an minus, oculos conuertere debeat.

Eadem ob causam diuortium inter coniuges factum,  
maritus an vxor deliquerit, neutrum eorum, iuribus ex con-  
iugio in liberos quaeſitis priuat, neutrumque ab obligatione  
ei iure imposta liberat. Vt de vſufructu patris ex bonis li-  
berorum aduentitiis capiendo, de horum obligatione, vtrius-  
que parentis consensum in ſponsalia, quae meditantur, im-  
plorandi, de patris neceſſitate liberos alendi, et, quae id  
genus alia ſunt, non dubitemus. Et, ſi patris et matris iura  
inuicem pugnare, nec vtraque omnino integra feruari poſſe  
videantur, ei potiſſimum patrocinemur, ex quo maior ap-  
pareat in liberos redundantē utilitas.

Praefertim in iure dubium videtur, quocum parentum,  
facto diuortio, liberi commorari debeant. Erraret, qui huius  
confuetudinis expertem adulterum, delicti committi cauſa,  
diceret, nec minus a vero aberraret, qui patriae potestatis  
cauſa, matri petitionem putaret plane reiiciendam eſſe. De-  
lictum videlicet mutua coniugium iura mutat, liberorum non  
aeque ingreditur. Et contra, quemadmodum propter po-  
tentatem tutori datam non oportet, vt in domo et conspectu  
eius pupillus educetur, tot. titul. vbi pupill. educar. etc. aeque  
minus appetet, quidni, ſalua patris potestate, liberi in matris

domo versari et ab ea educari possint. Quam ob rem existimmo, hanc litem ex commodo liberorum esse iudicandam et finiendam. Vsu obtinuit, vt filii patri educandi, filiae matri committantur. Quam normam tanquam regulam probo, tantum non omni exceptione maiorem. Ut potius, si alterutra pars erronem agat, fixo domicilio expertem, vel vitam opprobrio plenam, alteri insonti vitamque bene ordinatam viuenti liberos, sine sexus discriminine, omnes committendos esse ducam, salua patris nauci, vt sumitus educationis praebeat, obligatione.

Huc pertinet sententia a nobis, praevia Praefecti Augustoburgensis consultatione his verbis Ms. Nouembr. 1792 concepta: *Dieweil in Gesetzen nicht geordnet, daß Ehemänner, welche durch begangenen Ehebruch die Ehescheidung veranlassen, deshalb der väterlichen Gewalt über ihre in solcher Ehe erzeugten Kinder verlustig werden sollen; Und, wenn schon nach heutigen Rechten die Befugnisse derer Aeltern zum Theil vielmehr auf der natürlichen Verwandtschaft und Abstammung, als auf anderen Grundsätzen beruhen, auch deshalb denen Müttern ein mehreres, als ihnen die Römischen Gesetze gestatten, nachgelassen wird, gleichwohl diese Erweiterung derer mütterlichen Gerechtsame nach erfolgter Trennung des Ehebunds den Richter nur dazu berechtigt, die Erziehung demjenigen Theile anzuvertrauen, von welchem wahrscheinlich für die Kinder der meiste Vortheil zu vermuten, dieses aber allhier, da bereits halberzogene Söhne vorhanden, von Bekltem vielmehr, als der Klin zu erwarten, so hat der letztern Suchen nicht statt.* V. R. W.


RESPONS.

## RESPONS. XXVII.

*Pater iure suo postulat, ut fructus peculii aduentitii irregularis liberorum ad sumtus educationis conserantur.*

**P**arentes ob inopiam liberorum ad alendos eos obligari, ipsa natura animalium exemplo docet, quae, donec viatum sibi ipsis quaerere possunt, a matre lactantur. Idem ius nostrum in l. 4. et l. 5. §. 1. D. d. agnosc. et alend. liber. confirmat, mutuamque simul necessitatem, egenos parentes alendi liberi imponit. Haec igitur obligatio plane naturalis a sola imbecillitate et inopia pendet, quod ex sententiis quotidie prodentibus vel ignorissimi intelligent, quibus pater naturalis, modo se genitorem confiteatur, vel genuisse iure existimandus fit, alere partum iubetur, vsque dum hic se ipsum exhibere, panemque sua opera merere valeat.

Et quanquam haec patris obligatio, ad liberos legitimos quod attinet, pro modo dignitatis et facultatum reipublicae causa ampliatur, haudquaque consequitur, simplicem et absolutam eam esse debere. Ut potius liberi opibus vel a matre vel aliunde acceptis instructi, patre hoc exigente, ad sumtus alimentorum educationisque ex sua substantia ministrandos iure compellantur v. BERGER Oecon. Iur. Lib. I. Tit. III. §. 15. not. 10. Quae si quidem patri, prout rei natura fert, ministranda



nistranda conceduntur, non solum fructus ex iis perceptos, eosdemque ad se patriae potestatis iure pertinentes, sed ipsam substantiam in sumtus educationis et alimentorum, modo liberorum conditio tales exigere appareat, iure suo conuertit.

Sin vero liberis bona quaedam hac lege obuenerint, vt nihil ex iis patri accedat, curatori potius administranda committantur, fructusque percipiendi in augmentum substantiae conuertantur, quoniam quilibet rebus suis libere legem addere valet, res proposita non aequa expedita esse videtur. Sed quoniam scimus nemini licere, alteri iniquam conditio-  
nem inferre *l. 74. d. R. I.* nec, nisi eius personae, a quo lu-  
crum ceperimus, factum esse praestandum, *l. 149 eod.* ius  
patris eiusmodi dispositione infirmari non posse, persuasum  
habeo. Si obiicere velis, nihil ab eiusmodi donatore vel  
testatore fieri, quod patri molestiam afferat, quippe cui filium  
alere et educare iure incubuerit, et, quum testator lege legato  
adiecta iure suo vsus fuerit, prohibitione, ne in posterum aliter  
fiat, iniuriam patri illatam non esse censendam, nihil efficies.  
*zom* Videlicet pono, legatum filio pure relictum eumutie ha-  
eredem pure institutum, directamque simul contra parentem  
prohibitionem, ne haereditatem legatumue administret, fruc-  
tusque ex eo sibi capiat, vt potius huius rei causa iudex filio  
curatorem constituat, qui fructus vel usuras in haereditis lega-  
tariue utilitatem conuertat, et de augenda substantia laboret.  
Quo si quidem facto pater coram iudice declareret, se sumtus  
adhuc in alendo educandoque filio inope ex pietate collo-  
*zom*  
*zom* catos,

catos, eodem iam opibus instructo, amplius ferre nolle, ab  
eoque simul petat, vt, quantum ipsius arbitrio huius rei causa  
necessarium esse videatur, tantum sibi quotannis solui cura-  
torei iubeat, quid huic petitioni iure obuersti possit, non  
video. Et enim, quod ex inopia filii nascitur patris debitum,  
ex eiusdem opulentia naturaliter exspirat. Ut ne repellendu-  
m quidem patrem existimem, qui legatum in compensa-  
tionem ademti vſusfructus sibi reliquum acceperit. Sufficere  
potius puto, nihil patrem pro se, sed hoc vnum petere, vt  
filius obligationem iam suam factam agnoscat, eique satis  
faciat. Sufficit, quae alendo filio erudiendoque impendun-  
tur, eidem vtilia esse, nec in iustum videri patris excusatio-  
nem, qui damnum a se auertere, non lucrum captare laborat.

Haud ita pridem nobis eiusmodi causa offerebatur.  
Nimirum avus filiis, simulque nepotibus ex iis suscepis ha-  
redibus institutis, illis legitimam, hisque reliquam substantiam  
pleno iure adscriperat, vt ne quidem filii ex bonis ne-  
potum, curatorum administrationi subiiciendis, fructus cape-  
rent. Quam patris voluntatem postquam filii agnouerant,  
bonorum diuisio facta, liberisque curatores dati fuerant, pa-  
tres a curatoribus liberorum, vt eos ex suis alerent, educa-  
rentque, petebant, hi contra exceptionem agnitae testatoris  
voluntatis obiiciebant, eique hanc petitionem aduersari pro-  
pugnabant.

Nos huius rei causa Mf. Nouembr. 1792 a Senatu Ca-  
mentzensi interrogati, hoc vnum petitioni obstare iudicau-  
S 10 T 3 H

B

mus,

¶

mus, quod in pacto super diuisione cum curatoribus consecuto  
se pati velle parentes declarauerant, vt fructus pro liberis per-  
cepti in augmentum substantiae conuertantur, his verbis:  
*Dieweil, wenn schon Aeltern in der Regel ihre Kinder, welche selbst  
sünlängliches Vermögen haben, aus eigenen Mitteln zu erziehen nicht  
gehalten sind; Auch der allhier eintretende Umstandt, daß Kiren der  
Niesßbrauch des ihren Kindern beschiedenen vom gemeinschaftlichen  
Erbläffer entzogen worden, für sich allein so viel nicht bewirken würde,  
daß Kire nicht aus denen Nutzungen des Vermögens ihrer Kinder einen  
Zuschuß zu denen auf deren Unterhalt und Erziehung erforderlichen  
Kosten sollten verlangen können, angesehen sie gleichwohl in der That  
auf diese Weise zu deren Vortheil veriuendet würden; Anneben Kire,  
da sie von ihrem Vater außer dem Pflichttheile nichts erbet von selb-  
bigem in keine denen Rechten nach ihnen nicht obliegende Verbindlich-  
keit gesetzet werden mögen: Gleichwohl dieses alles allhier seine Aus-  
nahme leidet, da Kire bef. fol. 3. Vol. sub Θ in so weit der väter-  
lichen Disposition nachzugehen sich erklärt, daß sie ihren Kindern  
das für selbige von der Erbschaft übrig bleibende cum omni vnu-  
fructu überlassen wollen, und nach vorgängigem diesem Anerbi-  
then die Vertheilung geschehen, auch Obrigkeitlich bestätiget worden;  
Solchemnach allhier die Sache auf einem Vertrage beruhet, wovon ab-  
zugehen Beklten nicht einmal freyschet, so hat derer Kire Suchen nicht  
statt, die auf diesen Proces veriuachten Unkosten aber werden billig  
gegen einander aufgehoben. V. R. W.*

RESPONS.

## RESPONS. XXVIII.

*Debitor cambialis debitum confessus, nisi redditio cambio  
soluere non tenetur.*

**N**ihil obuenire solet frequentius, quam ut, amissio chirographo, debitor, vel aliunde conuictus, vel bona fide confessus, recepta confessione, debitum extinctum esse, (*einem sogenannten Mortifications-Scheine*) soluat. Quaeritur, vtrum iure teneatur, an, opposita exceptione, chirographum esse reddendum, contra actoris petitionem se defendere valeat. Quod videtur, quum fieri possit, ut creditor amissionem chirographi simulans, simul eius cessionem alteri factam dissimulet, nouaeque adeo conuentionis periculum debitor incurrat. Quoniam vero scimus, exceptionem, quae cedenti obstat, cessionario non minus obstat, et iuris aequitate ad facienda ea obligamur, quae alteri prosunt, nobisque haud nocent, debitoris exceptioni non esse concedendum, admitto. Praesertim si creditor simul promittit, se debitorem hoc nomine forte conuentum adiuturum, et, si quae fuerint, expensas restituturum esse.

Ab hac vero debitoris cessi quum diuersa sit cambialis indossati conditio, eumque exceptione, quae indossanti obstat, contra indosserarium non esse audiendum §. 15. Append.

B 2

O.P.

O. P. S. R. constitutat, hunc ordinario processu conuentum, etiam si debitum confiteatur, exceptione cambii nondum redditii omnino securum esse, plane persuasum habeo. Quam ne replica quidem, extincti per praescriptionem rigoris cambialis, elidere valet. Quae videlicet praescriptio, quanquam contra arrestum personale debitorem in cambio expressum tuetur, obligationes, quae praeterea ex natura cambii consequuntur, non perimit. Ut videlicet, si, praescripto personali arresto, indossarius tanquam ex documento quarentigato conueniat indossatum, hic opposita exceptione, quam indossans agnoscere debuisset, se liberare non valeat, nec eiusmodi defensio magis heredem debtoris cambialis tueatur, cui rigor cambialis nunquam metuendus est.

Quam ob rem quum in iudicio concursus creditorum per longissimum tempus, quoniam creditoribus ex fructibus feudi satisfaciendum erat, continuato euenisset, ut creditoris ex cambio designati haeredibus, qui maximam partem crediti iam acceperant, residuum adhuc soluendum supereisset, et curator litis petiisset, ne hoc fieret, antequam vel cambium redditum fuisse, vel, omnibus, qui forte ius ex illo cambio sibi vindicarent, editiali citatione conuocatis, praevia provocacione et contumaciae accusatione, nemini praeter creditoris haeredes ius esse, ex re iudicata constitisset, creditores contra oblata, sibi omnino satisfactum esse, confessione, eademque cum plenissima iurium ex cambio profectorum remissione coniuncta, desiderio curatoris massae contradixissent,

sent, nos eius rei causa a iudice, praefecto videlicet Tenn-  
stadiense consulti curatoris petitioni concedendum esse, re-  
spondere non dubitauimus his verbis:

Daß Kler darauf, daß ihnen das wegen derer für ihren Erb-  
lässer in der 46sten Classe in Ansatz gebrachten 1060 fl. annoch ge-  
bührende residuum gegen einen Mortifications-Schein ausgeantwor-  
tet werden solle, gerichtete Suchen nicht statt hat, sondern es sind die-  
selben, wenn sie den, solcher Anforderung halber vom Gemeinschuld-  
ner ausgestellten Wechselbrief auszuhändigen nicht vermögend, das  
bereits erhobene sofort zum gerichtlichen deposito wieder auszuliefern,  
oder, daß die von Blüm geforderten Edictalien auf ihre Kosten aus-  
gefertigt werden, geschen zu lassen, sowohl in beyden Fällen die ver-  
ursachten Unkosten letzterm zu erstatthen schuldig. V. R. W. ex ratt.  
Dieweil in Wechsel-Geschäften die verschriebene Summe dem Inhaber  
des Wechselbriefs gegen dessen Aushändigung versprochen wird, mit-  
hin, wenn schon das Geforderte für Klägerer Erbleßern bereits in  
Ansatz gebracht worden, die Natur der Sache zu erkennen giebt, daß  
die Zahlung anderer gestalt nicht, als gegen Aushändigung des Wech-  
sels geschehen solle, Klägeren auch das bereits in Abschlag Bezahlte  
nach vorgängigem Ver sprechen den Wechselbrief auszuhändigen ver-  
abfolget worden, und Beklagter solches in der Hoffnung, daß Klägere  
ihrer wechselseitigen Verbindlichkeit nachkommen würden, geschehen  
lassen; Und wenn schon die rechtliche Billigkeit erheischt, daß dem  
andern vortheilhaftes, uns aber unschädliche geschehen zu lassen, auch  
nach der Rechtsregel, exceptio cedenti obslans cessionario simul  
obstat, daß dem Creditwesen gegen des dritten Mannes Ansprüche

ebendieselbe Sicherheit durch einen Mortifications-Schein, wie durch Zurückgabe des Wechfels selbst verschaffet werde, scheinen will, da gleichwohl in Wechselgeschäften nur erwähnte Rechtsregel ihre Ausnahme leidet, und die des Indossatario nicht entgegen gesetzt werden mögen; Anmelben präscribitie Wechfel nach Maasgebung des Befehls vom 11. Novbr. 1767. v. Suppl. Cod. Aug. Tom. II. p. 1141. nur in Ansehung des executiveischen Verfahrens wider des Schuldners Person für präscribire zu achten sind, im übrigen aber die Natur und Eigenschaft der Wechselbriefe nicht verlieren, Beklagten freygestanden hätte, auf der Zurückgabe des Wechselbriefs zu bestehen, und derfelbe zu seiner eigenen Bedeckung und des Creditwerts Sicherstellung weniger nicht thun können, als daß er die Erlaßung gewöhnlicher und dem Befehle vom 13. Novbr. 1779 gemäß Edictalien geschehen zu lassen, sich erkläret; Eben hieraus aber auch, und, da Klägere solchem widersprochen, deren muthuwillige Streitsucht sich gnüglich zu Tage leget;  
So ist etc.

Haec praemissa sufficient ad indicandam, quae instat, panegyrin, quippe recolenda Borniorum, quondam in hac vrbe, ac aula Dresdensi celeberrimorum, memoriae, celebrandaeque Senatus Amplissimi Lipsiensis munificentiae facram. Videlicet FRANCISCVS quondam BORNIVS ex confilio patris perillustris IACOBI fortē mille Ioachimicorum Senatus Lipsiensis aerario intulerat eo confilio, vt eius vsuras filius Assessoris collegii nostri, vel Scabini, vel Senatoris, vel cuius huius

huius urbis, idemque iurium cultor per biennium hac lege  
particeps fieret, si d. XII. Jun. FRANCISCI testatoris emortuali  
BORNIORVM memoriam solemni oratione ex cathedra nostri  
auditorii recitanda celebraret.

Extinctio tristi euentu nomine eius gentis Borniano,  
ex ipsis testatoris voluntate feliciter et cum insigni be-  
neficiorum fructu accidit, ut stipendii huius conferendi  
licentia amplissimo huius urbis Senatui cesserit. Hic enim,  
nihil impediente visuali usurarum deminutione, legitimas  
etiam in posterum stipendii causa persoluendas esse mu-  
nifice decreuit. Idemque Senatus, ob defectum juris stu-  
diosorum inter ordinis nostri, Scabinorum, et Senatorum  
filios, illud actuarii nostri M. Weberi, filio natu minimo,  
Friderico Benedicto, beneole concessit.

Hic igitur iuuenis proximo Mercurii die, quippe  
XII. Junii hora IX oratione solemni simul memoriam statu-  
rum recolere, simulque grati animi sensum erga Illustres  
Amplissimi Collegii Praesules exprimere studebit.

Nos vero RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, SERE-  
NISSIMVM PRINCIPEM, PROCERES VTRIVSQUE REIPUBLICAE  
GRAVISSIMOS, ILLVSTRISSIMOS COMITES, Generofissimos Ge-  
nerofoisque academie ciues, vt honorifica frequentique praec-  
sentia oratorem illustrare, iuuare et condecorare velint, qua  
omnes

omnes et singulos reverentia, obseruantia et humanitate  
colimus prosequimurque, rogamus. Scribeb. Lips. Do-  
min. II. post Fest. SS. Trinit. A. C. MDCCXCIII.

---


**EX OFFICINA SAALBACHIA.**



Leipzig, Diss; 1793

ULB Halle  
004 350 43X

3




f TA-202

hier Seite 6. hinterverknüpft

KDP





MEMORIAM  
BORNIANAM  
ET  
SENATVS AMPLISSIMI MVNIFICENTIAM  
IN  
AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM  
SOLENNI ORATIONE  
D. XII. IVN. A. C. CIICCCXIII.  
HORA IX.  
RECOLENDAM AC CELEBRANDAM  
INDICVNT  
ORDINARIUS  
SENIOR ET RELIQVI FACVLTATIS  
IVRIDICAE ASSESSORES

INSVNT

Responfor. Iur. XXVI. XXVII et XXVIII.